[s]acieni ab uberibus consolacio nis ve[stre].

Letatus sum in hiis que dicta sunt michi in domo

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui
ex merito nostre actionis affligi
mur tue gratie consolatione respiremus. Per

Fratres. Scriptum est enim
quoniam abraham habuit duos fili
os: unum de ancilla, unum de libera. Sed
qui de ancilla secundum carnem natus
est: qui autem de libera per repromissionem
que sunt per allegoriam dicta. Hec enim
sunt duo testamenta. Unum quidem in
monte syna: in servitutem generans
que est agar. Syna enim mons in ara
[bi]a qui iunctus est ei que nunc est iheru
salem. Et servit cum filiis suis.
[Ill]a que sursum est ierusalem libe
[ra est]: que est mater nostra. Scriptum
[est] enim. Letare sterilis que non pa
ris: erumpe et clama que non parturis,
quia multi filii deserte magis quam
eius que habet virum. Nos autem fratres:
secundum ysaac promissionis filii sumus.
Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus
fuerat: persequebatur eum qui secundum spiritum,
ita et nunc. Sed quid dicit scriptu
ra. Eice ancillam et filium eius. Non
enim heres erit filius ancille cum
filio libere. Itaque fratres non sumus
ancille filii: sed libere. Qua libertate
christus nos liberavit. Gr.

Letatus sum in hiis que ps 122
dicta sunt michi in domum
domini ibimus. Fiat v. 7
pax in virtute
tua et habundan
cia in turribus tuis.

Qui confidunt in domino sicut
mons syon non commo
vebitur in eternum
qui habitat in iherusalem.
Montes in circuitu eius et dominus
in circuitu populi sui
ex hoc nunc et usque in